

230

III

at

Mexici

1601



✱ **¶ INDULTA ALIQUA** ✱

Apostolica concessa ordinibus mendican-
tibus, pro conuersione infidelium
& manutione in fide or-
thodoxa

*

¶ De communicatione priuilegiorum Ordi-
num Mendicantium.

¶ **ADVERTENDVM** est primo quod
Ordines mēdicantes dicuntur, Ordo fratrum
prædicatorum, Ordo fratrum minorum, Or-
do Eremitarum Sancti Augustini, & Ordo
fratrum Carmelitarum. Patet per capitulum
Constitutionē de regularibus in. 6. Et ex glo
sa. ca. Quorundam de electione. in. 6. Sūt
& alij quatuor Ordines mendicantes recen-
siores quidem, sed non minus vtilis Eccle-
sie Dei. Ordo seruorum Beate Mariæ, Ordo
Minimorum, Ordo cōgregationis Sancti Hie-
ronymi Iesuatorum, Ordo societatis Iesu de
quibus sigillatim pertractat frater Emanuel
Rodericus, to. 1. qq. Regu. & Canoniarū q.
2. art. 6. 7. 8. & 9. & q. 55. §. art. 2. 3. 4. & 5.

¶ 2. Aduertendum q̄ fratres omnes mendi-
cantes habent inter se priuilegiorum commu-
nica

Q

#32488

Aduertencias para

communicationem, ita q̄ nullum est priuilegium concessum, vel in posterum concedendum vni alicui ordinum mendicantium, quo non gaudeant & alij ordines mendicantes : quo ad communicationem enim priuilegiorum reciprocantur . Ita declarauit Pius Quintus & ante eum Sixtus Quartus, Alexand. 6. & Leo 10. & Iulius. 2. & Iulius. 3. & Paulus. 4. in suis Bullis, quę Bullę habentur in collectione priuilegiorum ordinis Prædicatorũ facta a patre Stephano Vfus maris . Et non solum communicari in priuilegiis concessis; sed in priuilegiis concedendis, non solum ordinibus mendicantibus, sed etiam non mendicantibus. Ita frater Emanuel Rodericus in Explicatione Bullę fo. 190. & prima. p. Summę capitulo. 85. & Tom. 1 qq. Reg. & Cano. q. 55. art. 1. Et art. 17. eiusdẽ. q. ex professo discutit quæstionem, vtrum mendicantes & qui eorum gaudēt priuilegiis possint frui priuilegiis religioni SOCIETATIS IESV concessis? & respondet affirmatiue [sicut & supra] ordines mendicantes, & q̄ communicant in priuilegiis suis, concessis & concedendis, posse vti omnibus facultatibus concessis SOCIETATI IESV.
Et

Et at id quod obiicitur Clementem Septimum solum fuisse locutum de privilegiis concedendis ordinibus suo tempore a Sede Apostolica approbatis, & religionem SOCIETATIS IESU multo post, fuisse a Sede Apostolica approbatam: respondet, quod post Clementem Septimum, Paulus Quartus, Pius Quartus, & Pius Quintus, & Gregorius Decimus tertius, & Sixtus Quintus privilegia Mendicantium approbantes, ea omnia de novo concesserunt: ac si tenor ipsorum privilegiorum in eorum literis Apostolicis apponeretur, & sic privilegium Clementis Septimi tempore & ætate horum Summorum Pontificum fuisse concessum, quo tempore, & ætate, religio SOCIETATIS IESU non solum erat ab Ecclesia approbata, sed etiam per orbem dispersa. Verum hoc est certum & indubitatum Adrianum Sextum Pontificem maximum ad instantiam Caroli maximi Romanorum Imperatoris & Hispaniarum Regis concessisse fratribus minoribus de observantia existentibus, aut ire procurantibus, in dictis, & ad dictas Indiarum partes, ut prælati fratrum pro tempore existentes, & quibus ipsi

Quæst. 2. de

Aduertencias para

de suis fratribus duxerint concedendum omnibus prædictis indultis in genere, aut in specie hæcenus concessis & in posterum concedendis uti, potiri, & gaudere, libere, & licite possint & valeant: quod breue Apostolicum originale asseruatur Mexici in Conuentu S. Francisci. Et Paulus. 3. anno. 1542. concessit fratribus Prædicatoribus de Mexico communicationem omnium priuilegiorum quæ a suis prædecessoribus concessa fuerunt quibuscunque ordinibus, & quæ in posterum concedentur, ut perpetuò, liberè & licitè eis gaudere possint, quod breue seruatur in conuentu S. Dominici de Mexico. Ex quibus manifestum apparet fratres omnes mendicantes sui omnibus priuilegijs concessis & concedendis presbyteris Societatis Iesu, & presertim pro hoc Nouo orbe. ¶ Et frater Emanuel Rodericus in cõfirmationem huius sententiæ adducit communicationem priuilegiorum factam a Gregorio. 14. anno. 1591. Ordini Cisterciensi, in qua definit. Pontifex dictum ordinè sui etiam priuilegijs Societatis, cū ipsi concedat communicationem omnium ordinum. Adducit etiam confirmationem & cõmunicationem priuilegiorum factam ab eodem

eodem Gregorio. 14. congregationi fratrum Crucigerorum anno etiam. 1591. cuius tenorem refert, art. 11. q. citate. In qua concessione specialiter eis concedit, ut possint frui privilegijs, & indultis factis religioni presbyterorum collegialium Societatis Iesu.

¶ Sed maius dubium est, an privilegia concessa à sede Apostolica religiosis Societatis, ita ut alijs religiosis aliorum ordinum minime communicentur [de quibus Collector privilegiorum Societatis] communicentur modo, per novas concessiones posteriores Summorum Pontificum: in quibus conceditur ipsis religiosis, ut possint gaudere privilegijs, dictæ Societatis? Ad hoc ita respondet frater Emanuel ubi supra art. 17. Hoc dubium aliquibus, & mihi etiam difficile apparet.

Et certe vellem, ut mēs Sedis Apostolicę circa hoc expressè postularetur. Modo tamē mētem ipsius ex privilegijs datis indagando dico, quòd Gregorius. 14. in duabus concessionibus superius adductis absolute, & sine aliqua limitatione concedit, quòd Cistercienses & Crucigeri fruantur omnibus privilegijs concessis alijs ordinibus, etiam Societatis Iesu. Et à concessione generali non est recedē-

Aduertencias para

dum, nisi ubi constat de voluntate concedentis : præcipue cum hoc sit beneficium principis, & per consequens iatè interpretandum. Vnde etiam si à Sede Apostolica sit aliquod priuilegium concessum Societati, ita ut aliis religiosis aliorum Ordinum minime communicetur, cum successores Summi Pontifices, ea priuilegia sine aliqua limitatione aliquibus ordinibus communicauerint, cum quibus communicant mendicantes : clarum est ipsos mendicantes priuilegiis Societatis I E S V modo sine aliqua limitatione uti posse. Hæc ille.

¶ Religiosi etiam de la Merced, licet nō sint mendicantes, gaudent tamen priuilegiis concessis & concedendis Ordinibus mendicantibus, & aliis non mendicantibus, ut patet per Leonem. 10. Clem. 7. & Sixtum, 5. De quo frater Emanuel art. 12.

¶ 3. est aduertendum, quod hæc communicatio priuilegiorum quam ad inuicem habent ordines mendicantium intelligitur respectiue, scilicet applicando singula singulis, hoc est, ut priuilegiis concessis Magistro ordinis prædicatorum gaudeant Magistri & Generales, aliorum mendicantium : & priuilegiis concessis

pro

concessis Prouinciali prædicatorum, gaudeant prouinciales aliorum mendicantium : & priuilegijs concessis prioribus prædicatorum gaudeant Priores, vel Guardiani aliorum mendicantium : vel illi qui indictis ordinibus respondent prioribus conuentualibus, & priuilegijs concessis fratribus prædicatorum gaudeant fratres aliorum ordinum mendicantium. Et sic videtur declarasse Iul. 2. vt patet in Cõpèdio priuilegiorum, verbo, Cõmunicatio priuilegiorum. 15. Immo amplius dico quod non statim quod scimus prouinciam conuentum vel fratrem habere priuilegium, debemus vel possumus uti illo, quia sicut cessante causa propter quam est concessum priuilegium, ipsum priuilegium cessat, vt habetur. 16. q. 1. generaliter, & glo. ibi, & ca. Abbate, de verbo, signi. Panor. 17. 18. nu. Ita non concurrente causa in hac prouincia, vel in hoc conuentu, prelato vel fratre propter quã alibi fuit concessum non possumus illo priuilegio uti, quia non concurrat hic ratio propter quam priuilegium alibi fuit concessum. Magister a Veracruce.

¶ 4. est aduertandum quod commissio quam habent prelati ordinum mendicantium tan ad

Q

4

abfol

Aduertencias para

tam ad absoluendum fratres suos, q̄; ad dispē
sandum cum eīs auctoritate suorum priuilegi
orum est ordinaria, quia iurisdictio emanans
ex commissione perpetua facta à Papa vel
à non recognoscente superiorem, est ordinaria
quando est facta dicta commissio dignitati,
vel officio, vt hic & in alijs similibus priuile
gijs, hoc tenent gloss. ca. fina, de officio ordi
narij; Nauarro c. 27. n. 42. Baldus lege vni
ca. ff. de officio cōsulis. Cuius verba hæc sūt
Si est commissio perpetua facit ordinariū cui
commititur, & Panor. c. qm̄. de officio de le
gati. §. cæterum, nu. 1. ¶ Idem dicendum de
iurisdictione quam habēt prælatis superiores
Mendicantium ordinum in his Indijs quo ad
sæculares, quia Adrianus. 6. concessit prouin
cialibus Indiarum Mendicantium ordinum
omnia priuilegia per suos antecessores con
cessa, & in posterum cōcedenda fratribus In
diarum, q̄ ea possint communicare suis fra
tribus. Ex quo inferitur q̄ priuilegia que cō
cedūt aliquid prælatis super laicos, vel super
fratres, vel que in posterum concedentur, q̄
prouinciales possunt communicare suis fratri
bus quod est valde notandum, & alta mente
reponendum. Ex Veracruce in Compendio.

¶ 5. est

¶ 5. est aduertendum, q̄ auctoritas concessa fratribus mendicantibus à suis superioribus vtendi priuilegijs & alijs facultatibus non spirat, neq; extinguitur per mortem cōcedentium. Quia vt dicit Siluester verbo, Gratia, & verbo, Indulgentia. §. 5. parti. 7. Gratia concessa auctoritate Papę durat mortuo Papa, & mortuo prelato, eam concedente vel à suo officio amoto. Idem habet Panor. c. Cū ad hoc de Cler. non resi. nu. 9. Ratio est, quia præfati prælati non commitunt dictam potestatem sed Papa: quia auctoritate eius commitunt. Dicit enim Panor. cap. Cum in iure de officio de lega. n. 2. Not. 3. q̄ quando delegatus Papę præcepit aliquid, præcepit illud auctoritate Papę. Ex quo habes q̄ si prouincialis tibi commiserit vel commisit particulariter & expresse, auctoritatem breuis Clemē. 7. vel Adriani. 6. vel aliorum priuilegiorū quod non est opus ab alio prouinciali petere prædictam auctoritatem: dato quod q̄ tibi cōmiserit talem auctoritatem mortuus fuerit, vel eius officium finierit: quia tu habes illud priuilegium, non auctoritate eius, sed Papę, qui concessit ei, vt tibi committere posset.

¶ At vero non ex hoc inferas q̄ prouincialis

lis

Aduerteñcias para

lis qui tibi commisit dictam, aut aliam simili
lem auctoritatem, vel alius qui ei successit q̄
non possit tibi tollere potestatem dictam. Ab
sit. qm̄ ex literis principis, nō debemus intel
ligere per ipsas velle inferre alicui præiudi
cium, vel tollere ius, nisi exprimat clare & ex
presse. c. 2. de filiis presbyterorum in. 6. &
Silu. verbo. priuilegium. §. 3. & Panor. ca.
Cum ad hæc. de Cleri. non residen. quia in du
bio non præsumere debemus de principe q̄
vellit aliquid concedere cū graui alterius dis
pendio. Et quia est graue dispendium, quod
obseruantia regulari infertur, dum subditus
habeat velle & nolle, cōtra volūtatē suā præ
lati : & quia Papa de hac lesione & dispendio
nullam mentionem fecit, ideo potest prouin
cialis tollere illam licentiam datā, & hoc pro
batur quia Iulius. 2. anno 1510. cōcessit ma
gistro Ordinis prædicatorum Caietano & suc
cessoribus eius, vt quando aliqua ambiguitas
emerferit circa priuilegia Apostolica concessa
vel concedenda dicto Ordini, q̄ tūc generalis
auctoritate apostolica possit declarare quo ad
ferenitatem cōscientiarum, que ei subditæ fu
erint. Et postea Paulus. 3. ann. 1542. con
cessit prouinciali prouinciæ de Mexico eius
dem

eiusdem Ordinis prædicatorum omnia priuilegia concessa, à Sede Apostolica generalibus tam sui ordinis, quam aliorum. Ergo poterit prouincialis declarare quod non valet à plibis ^{liber} fratri suo potestas concessa & cōmissa. Item probatur quia per Breue Adriani. 6. habet Prouincialis omnimodam Papæ auctoritatem in utroq; foro, ergo auctoritate Papæ tam magna poterit tollere. Et hæc priuilegia sunt cōmunia omnibus ordinibus medicantium, per communicationem priuilegiorum. Constat ergo prouinciales harum Indiarum plenariã habere auctoritatem ad tollendam licentiam cōmissionem, & auctoritatem vtendi priuilegiis sibi concessis, vbi & quando iuste eam tolli debere, existimauerint. Dixi iuste, nã sine iusta causa, peccabunt eam tollendo: cum talis facultas sit a Papa: at tenebit factum: quod debent notare fratres, ne aliquid temere attentent. Hæc, ex doctissimo patre Illephonso de Noreña ordinis patris nostri sancti Domini. ci. q. 6. de Priuilegiis in communi, & ex magistro Alphonso à Veracruce, in Compendio Indico, verbo, Absolutio. Idem prorsus doctissimus frater Emanuel Rodericus To. 1 qq. regu. & canon. q. 17. art. 11.